

Joachim Albinus Daniel Scheele

## Disputatio De Transactionibus

Rostochi[i]: Pedanus, 1617

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730633594>

Druck Freier  Zugang



Vorst.

Joach. Albinus (J. Schede)

R. U. via. 1697.



Disputatio  
DE  
TRANSACTIO-  
NIBUS.

QUAM  
JUVANTE DEO OPT. MAX.  
*permissu & Auctoritate Amplissima Juridicæ  
Facultatis in inclyta Academia Megapolitana,*

PRÆSIDE  
CLARISSIMO ATQUE CONSULTISSIMO VIRO  
N. JOACHIMO ALBINO  
J. U. D.

*Publicè discutiendam proponit*  
DANIEL SCHEELE Hamb.

*In Auditorio Majori, horis consuetis,  
Ad diem 9. Augusti.*



ROSTOCHI  
Typis Ioachimi Pedani,  
ANNO cl<sup>o</sup> l<sup>o</sup> CXVII.

1617



Disputatio  
DE  
TRANSACTIONIBUS.

QUAM  
JUVANTE DEO OPT. MAX.

*Permissu & Autoritate Amplissima Juridica  
Facultatis in inelyta Academia Megapolitana,*

PRÆSIDE

CLARISSIMO ATQUE CONSULTISSIMO VIRO

DN. JOACHIMO ALBINO

J. U. D.

*Publicè discutiendam proponit*

DANIEL SCHEELE Hamb.

*In Auditorio Majori, horis consuetis,  
Ad diem 9. Augusti.*



ROSTOCHI  
Typis Ioachimi Pedani,  
ANNO clc l3 CXVII.

1617

*AMPLISSIMIS, PRVDEN-*  
*tissimis, atq; Spectatissimis Viris,*

DN. MARCO TANCKEN,  
celeberrimæ Reipub. Rostochiensis  
Consuli dignissimo;

DN. VINCENTIO GLADOVIO,  
ejusdem Reipublicæ Senatori  
vigilantissimo:


*Dnm. Fautoribus ac Promotoribus suis summis*

S.

**A**micorum Vestrorum albo nuper adscriptus, Viri Amplissimi, Pruden-  
tissimi atq; Spectatissimi, facere non potui, quin novæ Amicitiz liba-  
mentum aliquod Vobis offerrem: Impresentiarum vero præter disputationem  
presentem nullum melius invenire valui, quæ, ut sub nominis Vestri tutelâ in lu-  
cem prodiret, duæ effecerunt causæ: Ad primam quod attinet, optimè novistis  
inveterati moris esse, quoties in lucem aliquid damus, Patronos ambire, quorum  
Præsidio & Autoritate id ipsum contra multorum injuriam nisi possit, quare, ut  
à me sibi quoq; temperet malevolorum quorundam intemperies, disputationem  
hanc meam Vobis, qui Virtute, non minore cum laude alios antecellit, quàm  
solidâ eruditione, consecrare æquissimum judicavi, quod si illam Autoritatis  
Vestriæ scuto defendere dignati fueritis, amplissimè mihi gratulabor, neq; male-  
volorum garrum, cum nostro Comico æstimabo titivillio. Deinde, quia in  
hoc usq; tempus non tantum clara mihi extitere signa eximij Vestri affectus, ve-  
rum etiam quia & re ipsâ tam munes in me fuistis, ut lingua & stylus hæreant  
efferre, volui propterea ac debui hoc juris exercitium Vestro honori dicere.  
Accipite igitur Viri Amplifs. Prudentifs. atq; Spectatifs. disputationem hanc in  
observantiz gratiq; animi signum, meq; suavi benivolentiz & Amoris Vestri  
aurâ (quod cecepistis) sustinete; qui sum & ero, usq; dum extremum mihi diem  
numeraverint fata, Vobis devotus.

*V. Amplif. & V. Prud.*  
*observantissimus*

Daniel Scheele,  
A. & Resp.





Disputatio  
DE  
TRANSACTIONIBUS.

THESIS I.

**N**ihil certè melius, nihil utilius ad immacu-  
latum Reipubl. statum conservandum ex-  
cogitari potest, quam litium forensium  
execratio *arg. l. item. 4. §. itemq. 1. in fin.  
de alienat. judic. mut. caus. fact. l. fratris. 10.  
C. de Transact.*

II.

Quum autem Respubl. etiã benè constitutæ litium  
plane exortes haud reperiantur, necessariò legibus illæ  
fundandæ & ex his actiones, quibus inter se homines  
disceptarent, componendæ erant.

III.

Verum licet etiã permulta vicissim litium dirimen-  
darum remedia passim in jure nostro extent, tamen  
omnibus illis omisis, unicum & quidem exquisitissi-  
mum, Transactionem pura (quã tanquam tyriaca contra  
litigatorum venenum sæpissimè moderno tempore uti-  
mur) in præsentî disputatione, Divinitatis favore præ-  
fato, tractare exsequar.

IV.

Ut autem illam certis methodi cancellis includam, primò definitionem Transactionis; secundo Personas, quæ possunt transigere vel non; tertio materiam, qua de transactio fieri potest; quarto modum transigendi; quinto & ultimò vim & effectum transactionis factæ considerabo.

V.

*Def.* Definitio Transactionem, uti hoc loci sumitur, quod fit Contractus innominatus, quo aliquo dato, retento vel promisso à lite disceditur, aut res dubia atq; incerta remittitur. *l. qui transigit. 1. h. t. l. cum ea 21. l. transactio 38. C. Eod.*

VI.

Transigere possunt omnes, qui nec naturâ nec lege prohibentur *arg. l. mutus 43. §. 1. de procurat.*

VII.

Natura prohibentur qui consentire nequeunt *l. 1. §. 3. de pact.* Tales verò sunt Furiosi & mente capti; Itemq; Infantes. *l. sanum 27. C. de Transact. §. pupillus. 9. Inst. de inutilib. stipulat.*

VIII.

Lege prohibentur Impuberes ac Prodigii *l. furiosi 40. de R. I. l. is cui 6. d. V. O. l. pupillus 5. §. pupillus 1. de autor. tut.*

IX.

An tutores & curatores absq; decreto Magistratus de rebus pupilli vel adulti transigere possint, valdè intricata est controversia? Adfirmantibus calculum adjicio *l. si pignore. 54. §. fin. l. interdum 57. §. qui tutelam*

*lam 4. de furt. l. Lucius 46. §. fin. de administr. & peric. tut.  
l. pactum 22. in fin. C. de pact.*

X.

Minor quoq; sine Curatoris autoritate transigere potest. *arg. l. 101. de V. O. tot. tit. C. Si advers. Transactio.*

XI.

Procurator verò omnium bonorum, nisi cum liberâ ei administratio concessa sit, transigere nequit *l. procurator 58. l. mandato 60. l. procurator 63. de procuratoribus l. qua ratione 9. §. nihil autem 4. de acquir. rer. domin. l. iusjurandum 17. §. fin. de iurejur. l. creditor 60. §. Lucius Titius 4. Mandat.*

XII.

Sic Syndicus nomine civitatis ambitiosè transigendo, id, quod indubitatè deberi posset, non remittit, nec gratia hæc Civitati nocet *l. praeses. 12. C. de Transact.*

XIII.

Nulli quoq; Procuratorum Principis, inconsulto Principe transigere licere *Æmil. Macer lib. 1. ad l. vicesim. hereditat. scribit l. nulli. 13. de transact.*

XIV.

Patri quoq; non tantum de castrensibus vel quasi, itemq; Emancipatorum filiorum, sed etiam de adventitijs bonis filiorumfamil: sine eorum consensu transigendi facultatem regulariter denegandam puto. *l. ex Castrensi 18. §. siquando 4. de Castr. pecul. l. de re 10. de transact. l. fin. §. 3. C. de bon. qua liber.*

## XV.

Cæterum Vasallus de Feudo absq; consensu Senioris, dummodo sine fraude & collusione id fiat, & prædium feudale in alium non transferatur, transigere non prohibetur *c. un. de Controvers. int. vasall. & alium 2. F. 43. c. un. §. si vasallus. Si de Feud. defunct. cont. 2. F. 26. c. Imperialem, de prohib. Feud. alienat. per Frideric. 2. F. 55.*

## XVI.

Materia transactionis sunt omnes res dubiæ, incertæ & litigiosæ; De rebus igitur certis, puta de re judicata vel jurejurando decisa frustra transigi non est opinionis incertæ *l. 1. l. & post. 7. l. post rem 11. de transact. l. cum te. 2. l. si causa 32. C. Eod. l. eleganter 23. §. & post. 1. de Condict. indeb.*

## XVII.

De his quoq; controversijs, teste Gajo *lib. 17. ad Edict. Provinciale*, quæ ex testamento proficiscuntur, neq; transigi neq; exquiri veritas aliter potest, quam inspectis cognitisq; verbis testamenti. *l. de his 6. de Transact. l. 1. §. 1. Testam. quemad. aper.*

## XVIII.

Similiter de alimentis futuris testamento vel alia quavis ultima voluntate relicta, nisi alimentarij causa inde melior fiat, sine Prætoris arbitrato & causæ cognitione propter Divi Marci Antonini orationem in Senatu recitaram, transactio nulla juris autoritate censetur. *l. cum hi 8. per tot. de Transact. l. de alimentis 8. C. Eod.*

Tran-

XIX.

Transigere autem de crimine capitali, excepto adulterio, prohibitum non est *l. transigere 18. C. de transact.*

XX.

In alijs verò publicis criminibus, quæ sanguinis pœnam non ingerunt, transigere non licet citra falsi accusationem. *d. l. transigere 18. C. h. t.*

XXI.

An de criminibus, pœnam membri mutilationis, abscissionis, fustigationis habentibus, liceat transigere, non eadem omnium est opinio? Negantibus adstipulor.

XXII.

Utrum de Raptu virginum; uti & de Stupro transigere permissam, altioris est indaginis? de illo Affirmativam, de hoc Negativam defendo sententiam.

XXIII.

Modum quod attinet transactionis, perficitur illa vel pacto conuento, vel Aquiliana stipulatione. *l. transactum 2. l. Aquiliana 4. de Transact. l. actione 4. l. ut responsum 15. C. Eod.*

XXIV.

Utraq; iterum vel generaliter, veluti de hereditate, tutela, negotiorum administratione, vel specialiter

ter, puta, de certis quibusdam rebus, interponitur. *l. sub  
prætextu 29. l. si de certa 31. C. de Transact.*

### XXV.

Sed & pœna plerumq; transactioni adijcitur, quan-  
doq; juramentum additur, interdum scriptura acce-  
dit. *l. pacto convento 15. cum l. seq. de transact. l. promif-  
sis 37. l. si quis major 41. l. si ex falsis 42. l. sive apud 28.  
C. Eod.*

### XXVI.

Restat de vi & effectu transactionis dispiciam; Est  
autem transactionis effectus litem terminare, decide-  
re, ac finire *l. i. h. t. l. fratris 10. l. interpositas. 13. l. sub  
prætextu 19. C. Eod.*

### XXVII.

Illud autem fit vel ipso jure vel ope exceptionis;  
ipso jure, si stipulatione transactio facta probetur;  
Ope verò exceptionis si pacto inita doceatur. *l. ut re-  
sponsum 15. l. cum proponas 17. C. de transact.*

### XXVIII.

Et in tantum transactio acceptilatione facta litem  
finit, ut ea, ne quidem Imperiali rescripto, resuscitari pos-  
sit. *l. causas. 16. C. de Transact.*

### XXIX.

Et si generali transactione lis finita sit, quamvis post  
quæ-

quædam species vel instrumenta reperta dicantur, tamen prætextu eorum rescindi transactionem jura non patiuntur *l. sub prætextu 19. l. sub prætextu 29. C. de Transact.*

### XXX.

Magna est inter Dd. altercatio, Utrum transactio ob enormissimam, quam vocant, læsionem remedio *l. 2. C. de rescind. vendit.* rescindatur? Ego transactionem de re dubia & incerta, dato aliquo vel retento, bona fide interpositam, ob læsionem vel enormem vel enormissimam rescindi non posse, rectius esse & Reip utilius existimo, atq; secundum id in supremo Imperatoris Romano-Germanici Tribunali Spirensi, & alijs benè constitutis Curijs & Judicijs jus quotidie dicitur.

### XXXI.

Ad eas tamen res, de quibus cogitatum non est, transactio porrigi non debet, *l. cum Aquiliana 5. l. qui cum 9. §. 1. l. non est 12. b. 6.*

### XXXII.

Quod si jurisjurandi religione firmata sit transactio, & major viginti quinq; annis fuerit, qui contra placiti fidem venire nititur, non solum infamiæ pænâ sed etiam juris sui amissione plectitur. *l. si quis 41. C. de Transact.*

### XXXIII.

An verò major 25. annis, à jurata transactione, recedens, ipso jure an vero sententiâ judicis infamiâ notetur, non convenit inter Interpp. ? Hoc adfirmo. *d. l. si quis 41. l. 1. de his qui not. infam.*

B

Non

## XXXIV.

Non minorem quoque auctoritatem transactionum quam rerum iudicatarum esse, recta ratione placuit *l. non minorem 20. C. t. h.*

## XXXV.


Est & hic transactionis effectus, quod, si datione vel remissione litis ab una parte effectum sumpserit, tum contra alterum ad implementum transactionis, vel actione ex stipulatu, si stipulatio interposita fuerit, vel si hæc omissa, actione utili, quæ præscriptis verbis rem gestam demonstrat, agi possit. *l. cum mota. 6. l. si pro fundo. 33. C. de Transact.*

## XXXVI.

Si vero tali pacto, Dabo ut à lite discedas, transactum fuerit, & vetus actio moveatur adversus reum, eò quod non implet promissa, is autem transactionis exceptionem opponat, tunc doli mali vel in factum replicatio actori competit. *l. si ve 28. C. b. t.*

## XXXVII.

Numerum Thesium claudat axioma hoc dubium, utrum transactio, cui dolus initium dedit, ipso jure sit nulla, an verò per exceptionem & replicationem doli infirmetur? Posterius uti verius & juri nostro convenientius sequor.



IN DISPUTATIONEM  
DE TRANSACTIONIBUS,


quam proponit  
DANIEL SCHEELIUS;

ἀναγραυ.

LAVDES HIC NE SILE.

**N**unc licet in medio vivamus Sidere cuncti,  
Quo requiem Pallas querit & alma Themis.  
Ob nimium nobis adfert quem Sirius æstum,  
Stella est majoris lucida in ore canis.  
Secius haud tamen, en, SCHEELI doctissime amice,  
Sacra tibi juris volvere iussa cupis:  
Solvete jura cupis, quæ sunt nodosa legenti  
Inritu primo; at postea clara patent,  
Presidio ALBINI iuris legumq; peritis  
Doctores clari, stirpis & eximie.  
Nec tibi proponis subtilia, prisca vetustas  
Vsa quibus fuit, at cotidiana magis,  
Quid cedo enim melius duras componere lites?  
Id satis illustris te docet hic titulus.  
Nam fere nil promas, quod non transactio tractas;  
Quæ dare quid statuit; quæ retinere jubet.  
Sæpius ô felix transacti munere gaudens,  
Expensis parcit, nec premit angor eum.  
Bella quidem res est, minima haud victoria cause,  
Controversa pari jungere corda iugo.  
Sed quid ago, roseo pretendo lumina Phæbo,  
Eximias LAVDES HIC modo NEq; SILE.  
Nomen id ecce tuum DANIEL mi comprobat ipsam,  
Illius ut semper sis memor, opto lubens.

M. ANTONIUS NETLENBLADIUS  
honoris & benevolentiz ergò F.



**P**Lurima, docte SCHELI, quod scis, industria foelix  
 Humani ingenij, perpetuusq; labos  
 Eruit è tenebris in publica commoda vitæ,  
 Gentibus ut præsent omnibus auxilium:  
 Cætera cuncta tamen, multis è millibus unum  
 Prægravat exemplum, ars optima justitiæ.  
 Quâ regitur mortale genus, quâ noscitur, æquum  
 Quid sit, quidq; bonum; turpe quid, atq; malum:  
 Et si, majestas ut legum postulat, est fas  
 Vera loqui, injustâ bile, & amore procul,  
 Quâ vel splendidius miseris mortalibus unquam  
 Post sacrum verbum, fata dedere nihil.  
 Nam quæ non fraudes oggrassarentur in orbe,  
 Insidiæq; doliq; hæc sine juris opẽ?  
 Perdocet hoc pulchrè pulcro certamine promta  
 Hæc tua TRANSACTIO, magna elementa tenens;  
 Qui possit, qui non, quâ de re, quomodo litem  
 Transigere incertam, certaq; pacta dare.  
 Nonne hæc utilitas permagna est, optime amice,  
 Artis juridicæ, & Cæsareæ tabulæ?  
 O foelix animi, qui voluis, quiq; revolvit  
 Maturâ, seraq; hæc monumenta manu!  
 Maçte gravi studio, ingenijq; ingentibus orsis  
 Maçte, quod solita finxit ab arte Deus.  
 Non tibi degeneres ortus, nec lucis egentem  
 Natura attribuit, difficilemq; Larem.  
 Major sed meliorq; tuo sub pectore mens est,  
 Quæ vulgare nihil versat, inane nihil.  
 Vade ergò, patriæq; decus, laudesq; tuorum,  
 Spemq; patris certam mente animoq; refer.  
 Officijs donec quondam majoribus aptum  
 Patria concilio te vocet alma suo.


JOHANNES STEINVICÆ  
 Hamburgensis.











the scale towards document

DISPUTATIONEM  
IN ACTIONIBUS,

quam proponit  
DANIEL SCHEELIUS;

AVAZEAE.  
LAUDES HIC NE SILE.

et in medio vivamus Sidere cuncti,  
Quo requiem Pallas querit & alma Themis.  
Ibis adfert quem Sirius aestum,  
maioris lucida in ore canis.  
men, en, SCHEELI doctissime amice,  
Iuris vulnere jussa cupis:  
cupis, quæ sunt nodosa legenti  
rimo; at postea clara patent,  
BINI Iuris legumq; periti  
clari, stirpis & eximie.  
Iuris subtilia, prisca vetustas  
Iuris fuit, ac cotidiana magis,  
Iuris melius duras componere lites?  
Iustis te docet hic titulus.  
Iuris nomas, quod non transactio tractas;  
Iuris ve quid statuit; quæ retinere jubet.  
Iuris transacti munere gaudens,  
Iuris parcit, nec premit angor eum.  
Iuris res est, minima haud victoria causa,  
Iuris versa pari jungere corda iugo.  
Iuris proseo prætendo lumina Phæbo,  
LAUDES HIC modo NEq; SILE.  
Iuris e tuum DANIEL mi comprobat ipsum,  
Iuris semper sis memor, opto lubens.

M. ANTONIUS NETLENBLADIUS  
honoris & benevolentix ergo F.